

Der nachstehende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern.

I. Text:

Iam vero cuncta spectacula et omnis illa quae appellatur curiositas, quid aliud quaerit quam de rerum cognitione laetitiam? Quid ergo admirabilius, quid speciosius ipsa veritate, ad quam spectator omnis pervenire se cupere confitetur, cum vehementer ne fallatur invigilat, et inde se iactat si aliquid acutius ceteris et vivacius in spectando cognoscat et iudicet? Ipsum denique praestigiatorem nihil aliud quam
5 fallaciam profitentem diligenter intuentur et cautissime observant, et si eluduntur, quia sua non possunt, illius delectantur scientia qui eos eludit. Nam si et ille nesciret quibus causis fallantur intuentes, vel nescire crederetur, pariter erranti nullus plauderet. Si quis autem de populo unus eum deprehenderit, maiorem illo laudem se mereri putat, non ob aliud, nisi quia decipi fallique non potuit. Si autem multis apertus sit, non ille laudatur, sed inidentur ceteri qui talia deprehendere nequeunt. Ita
10 omnis palma cogitationi datur et artificio et comprehensioni veritatis. Ad quam nullo modo perveniunt qui foris eam quaerunt. Itaque in tantas nugas et turpitudines mersi sumus ut, cum interrogati quid sit melius, verum an falsum, uno ore respondeamus verum esse melius, iocis et ludis tamen, ubi nos utique non vera sed ficta delectant, multo propensius quam praeceptis ipsius veritatis haereamus. Ita nostro iudicio et ore punimur, aliud ratione approbantes, aliud vanitate sectantes. Tandiu autem est
15 ludicrum et ioculare aliquid quamdiu novimus in cuius veri comparatione rideatur. Sed diligendo talia excidimus a vero et non iam invenimus, quarum rerum imitamenta sint, quibus tamquam primis pulchris inhiamus, et ab eis recedentes amplexamur nostra phantasmata.

Hilfen zur Übersetzung:

Z. 4: *praestigiator* - Gaukler, Betrüger

II. Aufgaben:

1. Bestimmen Sie die Form *sectantes* (Z. 14) vor dem Hintergrund der Wortbildungslehre!
2. Bestimmen Sie die syntaktische Funktion des Konjunktivs *rideatur* (Z. 15)!